

DE CALCVLIS

chita, nomine Ioachimus Kobel, præfecturæ Schvvenicensis præses, militia peritus, cui in sinistro crure steatoma enatum, vltra annum duravit, gallinacei oui magnitudine: quod cū ei nihil impedimenti inter ambulandum afferret, nec doleret etiam, incidit noluit, sed ita reliquit. Sed cum aliquando in equestri certamine ex incuria id grauiter offendisset, vt immodicè intumesceret & inflammaretur, dolores acciderunt acerbissimi, donec tandem concepta sanie apertus tumor fuit: in quo lapis auellanæ magnitudine apparuit, angulosus, rotundus tamen, & spadiceus, quo exempto vnà cum pellicula qua continebantur humor saniesq̃, tumor subsedit, & vulnus perfectè concre-

uit.

CAL.